

**A** qui diuinorū dogmatū inuouationes induceret, nullos profecto sanctos Eunomius poterat citare, qui talem sententiā habuissent. Nā magnū Athanasium nequaquā sanctū eē credebatur, & ante ipm̄ neminem sanctū doctorem fuisse cōstat, q̄ illam sententiā habuisset. Neq̄ igitur Eunomius ostēdere poterat, eā fuisse sanctorū doctrinā, neq̄ ipsam Basilium suscepisse videtur. Porro qm̄ Eunomius scripturæ sacræ potuisset inniti, in q̄ seruator noster inquit: Euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in noīe patris, & filij, ac spūs sancti, ex qbus verbis quiscūq̄ forsā credere posset, sanctum spm̄ ordine ac dignitate tertium eē, idcirco magnus Basilius id disputatiōis causā fuscipiens, ac ex hypothesi sumens, inquit, sanctū spm̄ dignitate secundū eē a filio, forsā pietatis ratio tradit, pietatis quidē rationē appellans eam, quā ex sancto euangelio habemus, ita vt hoc modo magnū Basiliū exponentes, credere debeamus ipm̄ in hoc hæsitasse, an ratiōe pietatis, hoc est, ex sacra scriptura haberetur, sanctū spm̄ dignitate quoq̄ tertium eē, propterea (inquit) cur em̄ necesse est, & si dignitate, ac ordine tertius est, natura quoq̄ ipm̄ tertium eē: ita vt illud, forsā, ad id debeat referri, quod ex sacra scriptura non clare patet, sanctum uidelicet spm̄ dignitate tertium eē. Ne autem quisq̄ crederet sanctum spiritum ex eo dignitate tertium eē, q̄ ordine tertius est, ideo magnus idem Basilius (vt in nostro libro bene scriptum est) post angelorū exemplum inquit: sic profecto & spūs sanctus dignitate quidem & ordine secundus est, vt aiunt, accepimus enim ipm̄ tertium a patre & filio numeratum, & reliqua. Cui soli euangelicæ authoritati, P. amp. Eunomius insinibatur, qm̄ quidem sanctorū aliā non habebat, qua suā sententiā tueretur. Quod quidē euangelicū dictū Basilius (vt sæpenuero dictū est) dans Eunomio eo modo in terptandā, verbo, forsā, vsus fuit, ac si sic dicere uoluisset, Eunomius euāgelio forsā innitur, quod forsā dicit, sanctū spm̄ dignitate tertium esse, nō tamen inde consequitur ipm̄ natura quoq̄ tertium eē. Qui quidē Basilius, cū uocaret in dubium, an sancti us spūs dignitate tertius sit, idcirco in eodem ipso sermone sic inquit. Nō tamen alienæ ipm̄ esse naturæ inde consequitur, quanquā cōcedendū non sit. Quæ quidem particula, quāq̄ concedendum non sit, in vestro libro nequaquā habetur. Non igitur magno Basilio dedecori est turpitudini creditur eē, si in eo sermone, quem non affirmans, sed ex hypothesi sumens, verbo, forsā, protulerit. Sic ergo Basiliū, nostris libris, qui q̄ plurimi sunt, acquiescentes, exponimus, ac intelligimus.

Matth. 28.6

**B** Vt veritas libri nostri, ac simul vestrorū falsitas appareat, P. amp. fieriq̄ non posse, vt aliqua rōne, ex vestris hmoi libris habeatur, tres oēs Basiliū in Eunomii libris, secundū Ambrosii expositionē, diligēter examinaui, ex quo quidē bene cognoui, in qbus nā differamus. Quæ dū explico, attendite, obsecro. In nostro quidē libro scriptum est ita. Dignitate nāq̄ ipm̄ secundū a filio, cū ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annuntiet nobis, & oīno ab illa causā depēdeat, pietatis ratio tradit: natura uero tertia uti, & reliqua. In vestro autē ita: Dignitate nāq̄ ipm̄ secundum eē a filio, forsā pietatis ratio tradit, natura uero tertia uti, & cætera, vbi multorū verborū defectus us patet clarissime. Præterea Basilius uolens probare spm̄ ita sese habere ad filium, quemadmodū filius ad patrem, his uerbis utitur. Nā quēadmodū filij, ordine quidē a patre secundus est, qm̄ ab illo & dignitate, qm̄ origo, atq̄ causā essendi p̄ ipm̄ est, & qm̄ p̄ ipm̄ accessus & deductio ad deū patrē: natura uero nullo modo secundus, qm̄ in utroq̄ vna est deitas, ita uidelicet & sanctus spūs, & si dignitate & ordine secundus a filio est, nō tamē uerissimiliter alienæ ipm̄ esse naturæ inde consequitur. Hæc in nostro uolumine, in quibus quidē uerbis nulla est ambiguitas uel cōditio, sed simplex ac mera cōparatio uel similitudo. Vos tamen his uerbis hoc additis, quanq̄ concedendū non est, & facitis, vt argumentum & ratio tanti uiri sit ambigua & conditionalis. Sed est alia quoq̄ magna nostrorū codicū dissonantia. Nam magnus ipse Basilius, post angelorū ac sydex exemplum, \* eandē ueram, simplicem, ac sine ambiguitate, aliqua uero conditione certam conclusionē insert, sanctum spiritum dignitate & ordine tertium esse, quam quidē pietatis ratione, cui inniti maxime uidetur, demonstrat. Accepimus enim (inquit) tertium a patre & filio numeratum, cum ipse dominus in traditione salutaris baptismatis ordinem tradiderit his uerbis, Euntes, docete omnes gentes, baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quæ sane uerba Basilius pietatis uocat rationem. Quibus uerbis opinionem suam (vt dictum est supra) sulcitus, sanctum spiritum dignitate & ordine tertium esse ostendit,

Iohan.

**C** Quæ sane uerba Basilius pietatis uocat rationem. Quibus uerbis opinionem suam (vt dictum est supra) sulcitus, sanctum spiritum dignitate & ordine tertium esse ostendit, dddd in quæ

forte aliq̄ tandem

Matth. 28.6